

2010 FJCL Certamen Advanced Finals Visual

- A.** ipse Epicurus obit decurso lumine vitae,
qui genus humanum ingenio superavit et omnis
restinxit stellas exortus ut aetherius sol.
tu vero dubitabis et indignabere obire?
- B.** Igitur de Catilinae coniuratione quam verissime
potero paucis absolvam; nam id facinus in primis ego
memorable existumo sceleris atque periculi novitate.
de quouis hominis moribus pauca prius explananda
sunt, quam initium narrandi faciam.
- C.** Mitius exilium pauloque propinquius opto,
quique sit a saevo longius hoste locus.
quantaque in Augusto clementia, si quis ab illo
hoc peteret pro me, forsitan ille daret.
frigida me cohibent Euxini litora Ponti:
dictus ab antiquis Axenus ille fuit.
- D.** Ita Numitori Albana re permissa Romulum Remumque
cupido cepit in iis locis ubi expositi ubique educati erant
urbis condendae.
- E.** Teque adeo decus hoc aevi, te consule, inibit,
Pollio, et incipient magni procedere menses;
te duce, si qua manent sceleris vestigia nostri,
inrita perpetua solvent formidine terras.